

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Venia y
cum fonte primo

Omnino propter mansuetudinem que in te predicatur, currimus post te, Domine Ihesu, audientes quod non spernas pauperem, peccatorem non abhorreas; non horruisti confitentem latronem, non lacrimantem peccatricem, non Cananeam supplicantem, non deprehensam in adulterio, non sedentem in theloneo, non supplicantem publicanum, non negantem discipulum, non persecutorem discipulorum, non ipsos crucifixoos tuos. In odorem horum unguentorum currimus.

Bernardus super Cantica.

Omnino propter mansuetudinem, quae in te praedicatur, currimus post te, Domine Iesu, audientes quod non spernas pauperem, peccatorem non horreas. Non horruisti latronem confitentem, non lacrimantem peccatricem, non Chananaeam supplicantem, non deprehensam in adulterio, non sedentem in teloneo, non supplicantem publicanum, non negantem discipulum, non persecutorem discipulorum, non ipsos crucifixoos tuos. In odore horum currimus.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones super Cantica canticorum*, 22, 3 (SBO 1, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.134, ll.3-9).